



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

*lib. i. Marant. d. dist. 11. numer. 23:
Sc. acc. de Iudic. lib. i. cap. 11. nu. 25.
duia enim conuenit collegium
non dicuntur conueniri singuli
de Collegio. sed si hac s. qui ma-
numittitur ff. de in ius voc.*

Sed contrarium mihi videtur
verius: quia etiam in tali casu
collegium dicitur ecclesiasticum,
quamvis minor pars sit Clerico-
rum, cum haec minor pars sit dignior;
& ideo coram Iudice ec-
clesiastico conueniri debet, ut
*d. Ant. Burg. in cap. cum dilecti n.
14. de empt. & vend. quem refert.
Conar. pract. cap. 34. num. 1. quod
eo magis procederet, quod par-
es est numerus clericorum, & lai-
corum Bart. in d. l. f. d. o. l. s. d. a. l. s. nu. 15.
Conar. ubi supra.*

13 Observa 5. quod Viduae, & pu-
pilli diuites in defectum iustitiae
secularis possunt laicos coram
ecclesiastico Iudice conuenire,
*cap. ex tenore ubi DD. de for. comp.
quamvis enim huiusmodi cause
primario spectent ad iudicium
seculare iuxta cap. regum 23. q. 5.
secundario tamen etiam ad ec-
clesiam spectant, quando scilicet
Index secularis est negligens c.
administratores ead. q. 5. vt dicunt
DD. quos refert, & sequitur Bel-
let. tit. de fauor. cleric. real. S. 5. 111.
34. è contra vero causa pupillo-
rum, & Viduarum pauperum, &
aliarum personarum miserabilitati
principaliter ad ecclesiam spe-
cant *cap. i. dist. 87. & ideo possit
huiusmodi persone laicos trahere
ad Ecclesiasticum tribunal, etiā si
coram seculari iudice iustitiam
consequi possint cap. super qui-**

*busdam de verb. sign. cap. signifi-
cantibus de officiis. & pot. Iud. delegat.
capit. ex parte de for. compet. ubi
id notat glos. in ver. exceptionibus
vers. item est arg. & ibidem Barb.
num. 6. & ita etiam videtur sen-
tire Bellett. loco cit. nu. 32. & seq.*

14 His adde, quod pupilli, & Vi-
duae siue pauperes, siue diuites
possunt implorare Iudicium ec-
clesie in possessorio, vel vbi agi-
tur de iniuria, siue de violentia
eis illata *cap. si quis de potentibus
24. q. 3. glos. in d. c. significantibus
ver. pauperem & in d. cap. ex teno-
re ver. iniustitia, & banc esse com-
munem dicit Barbo. in d. cap. ex
parte num. 6.*

S V M M A R I V M:

1 In causis prophanis laici regu-
lariter conueniendi sunt in foro
seculari, limitatur nu. 2. 3. 4. 5.
& 6.

7 Impediens Iudices ecclesiasticos
nè sua iurisdictione vtantur,
quam paenam incurrat.

8 Quando Index Ecclesiasticus in
causis civilibus procedere possit
ad censuras.

9 Potest Curia ecclesiastica habe-
re familiam armatam.
*Concessa iurisdictione omnia
intelliguntur concessa, que ad
illam conservandam sunt nece-
ssaria.*

10 An Ordinarius, vel Auditor
Camera possit interdicere Pro-
vinciam, Ciuitatem, castrum, vel
alium locum.

11 Quando in causis criminalibus
Iudex ecclesiasticus possit reos

glosa



- excommunicare.
13 An valeat excommunicatio huiusmodi non seruata ordine cœciliij Tridentini.

C A P. V

An in causis prophanis laici conueniri possint coram Iudice Ecclesiastico.

- 1 Egatiuè respondent Doctores, quia regulariter actor sequitur forum rei.  Et C. ubi in rem aet. cap. cum sit generale de for. compet.

Hec tamen regula limitatur 1, vbi adeset consuetudo conueniendi laicos coram Iudice ecclesiastico etiam in causis prophanis: quia tunc est seruanda cap. licet ex suscep., vbi Doctores de for. compet. cap. si quis Presbyter 2. q. 5. Belleti. tit. Ide faver. Cleric. real. 9. 5. num: 4. Barbos. in cap. si Clericus laicum num. 5. de for. compet. Rot. decis. 793. num. 1. p. 3. Diuers. Cap. deo. 161. n. 3. Ricc. decis. 217. num: 5. & seq. par. 2. & ita seruari in Hispania, & in alijs Curijs Ecclesiasticis testatur Fer. qq. mor. par. 1. q. 102. num. 5. Leo in T. bes. for. Eccles. par. 2. cap. 13. n. 39. & seq.

- 2 Secundo in defectum iustitia in foro seculari, DD. in cap. licet 1. de for. compet. potest enim negligenteria Iudicis secularis in administranda iustitia suppleri per ecclesiasticum, sed non è contra cap. clericum 11. q: 1. cap: si diligen-

ti de for. compet. nec obstat textus in cap. filij, vel nepotibus 16. q. 7. quia ibi solum statuitur, vt Episcopo negligentem, vel renuente, ad Regem causa deferatur, non vt ipse Rex causam iudicet, sed vt moneat reverenter Superiorum, vt notat Diana par. 3. tr. 1. ref. 25. vbi etiam dicit, quod hoc ius sublatum fuit ab Innocentio III. in cap. qualiter, & quando de Iudic:

Tertiò ratione iuramenti, videbitur quando debitor est obligatus per instrumentum iuratum; tunc enim conueniri potest coram Iudice ecclesiastico pro obseruantia iuramenti cap: fin. de for. compet. in 6. quod procedit etiam in iuramentis Iudorum, & hereticorum secundum Ricc. in Praxi for. Eccles. par. 3. ref. 225. in fin. ex quo fit, vt si quis petat absolutionem a iuramento coram Iudice Ecclesiastico, potest coram eodem Iudice de tota causa litigare; quia qui fuit Index cause preparantis, & sic absolutionis a iuramento, erit etiam Index cause preparata Marant. de ordin. Iudic. par. 4. dist. 11: num. 14 vbi num: 17. addit, quod quando coram Iudice seculari vertitur dubium supervalentate iuramenti, videlicet utrum liget, vel non, tunc Index secularis non potest de hoc cognoscere, sed deber causam remittere ad Iudicem ecclesiasticum.

Obserua tamen, quod textus in d. cap. fin. de for. compet. in 6. habet tantum locum contra ipsum iurantem, non autem contra eius here-